

Litera Cardinalis Carraui de subsidio
Pecuniario

47

Quod de conservando vel potius recuperando Suevici
regno Mttas v^{ra} sollicita est, et in eam curam sedulo
incumbit, ut non magis suos quam Christi & Ecclesie
perduelles, ad officium reducat, facit pro animi verè regii
magnitudine, ac pro singulari sua prudentia & pietate.
Quod item ad eam rem perficiendam Apostolicæ sedis
auxilia postulet, nemo est qui intelligat, qualem Mttas
v^{ra} provinciam suscipiat, quin eius petitionem
iustissimam esse fateatur. Et ego quidem qui negotium
hoc curandum promovendumq; susceperam, et si in
magnas difficultates incidissem ob incredibilem pub-
lici ærarii egestatem, cum tamen perspectam san-
ctissimi dñi Nuncijs erga res omnes Mttis v^{re} pro-
pensissimam voluptatem, nunquam spem obieci,
quin ubi Santas sua ab Ungaria belli expensis
paululum respirasset, ad istam Suevicam causam
non minuspiam & necessariam animum adiecluram
esset, rationemq; aliam initura Mttis v^{re} postula-
tis satisfaciendi. Et tunc temporis oportunitatem,
dum expecto ea repente rerum omnium commotio
sequuta est, que & consilia omnia perturbavit,
& mihi spem præcidit aliquid in eo negotio pro-
ficiendi. Ut enim allatum esse arbitror ad Mttam
v^{ram} mortuo Ferrariorum duce urbem illam ad Eccle-
siam Romanam ius legitime pertinentem, pervim
tamen ab alijs detentam Pontifex iustis armis

repetere constituit. Itaque tota Ecclesiastica ditio armis
perstrepat, & pro magnitudine suscepti belli magnus con-
scribitur exercitus, cui aligendo & sustentando vis oper
viresque nrae satis jure videantur. Ex quo mittas vram
pro sua prudentia, vel me tacente facile iudicabit, quid
in hoc rerum statu a Severissimo Dno nrae expectare
possit. Ego tamen quod semel cepi prosequi atque
urgere non desinam, satis quidem certus nullum meo
opera praecium, facturam, ac securus observat^{io} meo
debito ex ga mittam vram aliqua ex parte satisfactu-
rum. Deus optimus Maximus Altam vram diu
salvam ac felicem conservet. Roma die 1^o Januarij
Anno Domini 1598.